Thomas,&c.ut admonui etiam ſecundo Pſalmo,& alibi.

Studia ejus.) τὰ ἐπιτηδεύματα Auguſt. & Pſalterium Romanum, *Mirabilia:* Quidam citatus à Chryſoſtomo. τὰ μηχανήματα *Machinamenta,* & *molitiones.* Symmach. μηχανάς, *Artificia.* Aquila, ἐναλλαγάς, *commutationes.* Hieronymus ex Hebræo עלילות *hhalioth, cogitationes.* Campenſis, *Conſilia;* Pagninus, Vatablus, Cajetan. *Opera ejus,* ut etiam legitur Chaldaicè עיבדוי *bhouadoi,* Hebræa vox comprehendit non modo factum, ſed conſilium, cauſam, occaſionem, modum, eventum, conſequentia omnia, quæ non temere, ac fortuito ſunt. Verbum עלל *hhalal* ſignificat ſimpliciter *agere;* præterea *moliri,* conari, meditari, cogitare, deſignare. Dictum nomen exponit interpres aliquando *adinventiones a,* *benefacta b,* *occaſiones c,* *voluntates d,* *cogitationes e,* *ſcelera f.* Idemmet Hieronymus in verſione Pſalmorum ex Hebræo interdum ponit *commutationes g,* & *adinventiones h,* & in XIII. *i* Pſalmo quod habemus: *Abominabiles facti ſunt in ſtudiis,* legit *ſtudioſè.* In Iſaia *k,* item reddit *ſtudii* apud quem Prophetam *l,* gemina præſenti ſententia eſt. *Confitemini Domino & invocate nomen ejus. Notas facite in populis adinventiones ejus.* Ubi pro eodem Hebræo vocabulo LXX. ſubſtituerunt τὰ ἔνδοξα *glorioſa.*

Interpretationes variæ vocis ſtudiorum. a 1. Par. 16. 8. Iſa. 12. 4. Pſal. 76. 13. Pſ. 98. 8. b Pſ. 77. 11. c Deut. 21. 14. d Pſ. 102. 7. e Soph. 3. 7. f Iſa. 20. 43. 44. g Pſ 77. 11. Pſ. 98. 8. h Pſ. 76. 13. i verſ. 2. k c. 36. 17. l cap. 12. 4.

Uſui eſſe poſſunt huic loco notiones omnes, dempta una de ſceleribus: ſed continentur ſatis ſub voce *ſtudiorum,* quæ non ſolas voluntates, ut Remigius, non ſolam ſollicitudinem, curamque, ut Thomas; non tantum affectiones caritatis in redimendo, ac præmiando, adhibendo ad id magnum ſtudium, ac potentiſſimam rationem, ut Bruno: non mandata Dei, quibus ſtudendum ſit nobis; ut Ludolphus non legem Evangelicam, & triumphos Martyrum, ut Valentia: non virtuoſa opera, & beneficia Dei, ut Dionyſius: non diſpenſationes, ut aliqui apud Titelmanum, & Genebrardus declarant, ſed iſta omnia, & illa alia, quæ ante diximus, ſignificant. Eamdem vim habent τὰ ἐπιτηδεύματα; *quæcumque ſtudioſè ſectamur,* inſtituta, mores, conſilia, quæ profitemur dedito ſtudio & opera. Sed & Cicero *m* *ſtudium* finit *Animi aſſiduam, & vehementem ad aliquam rem applicatam magna cum voluptatem occupationem.* Delectatus videtur Jeremias *n,* nomine ſimili Hebræo מעלל *mahhalal,* quod perpetuo Interpres per *ſtudium* vertit, & ἐπιτήδευμα.

m 3. de Inv. Cicero ſtudium quomodo definiat. n c. 7. 3. 5. c. 11. 18. c. 18. 11. c. 21. 12. 14. c. 23. 2. c. 26. 3. 23. c. 31. 15. cap. 44. 22.

Egregie profecto Theodoretus accommodat ad propoſitum duas illas alias interpretationes Græcas. Revera, inquit, mutatio fuit rerum omnium maxima, nimirum per adventum Chriſti Qui quondam inimici erant, amici ſunt; longinqui, proximi; ſervi, filii: qui in ignorantia erant, in cognitione ſunt: qui in tenebris, in luce; in ſpe vitæ, qui mortui erant: pauperes, hæredes regni cœlerum: Judæi procul, & Gentes prope: filii canes, & canes filii, & hæ Salvatoris artes ſunt decore. Immortalitas pro mortalitate donata eſt, & per mortem vita: per dedecus, decus: benedictio per maledictionem: per crucem ſalus. Hæ ſunt artes, hæ ſunt noſtri Salvatoris ſtudia. Eadem attingit Euthymius; omnium fontem exprimens quod Deus homo, & homo Deus factus ſit.

Theodoreti accommodatio. Alia diſtinctio.

Requirens ſanguinem eorum recordatus eſt] Contendit Arias comma poſt *ſanguinem* appingendum, & pronomen *eorum* alterius membri principium eſſe. Fœlix, quia Hebraicè Græcèque *ſanguines* plurali numero ſunt, ait ad utramvis ſpectare poſſe, vel *ſanguines,* vel *pauperes.* Hoc, aut illo modo nihil demitur, nil additur ſenſui. Et poteſt præterea referri ad *quærentes Dominum,* de quibus paullò ante, ad *ſanguines* non ita, retinendo editionem noſtram numeri ſingularis. Chaldaicè: *Quoniam requirens ſanguinem mundorum, & juſtorum.*

Requirere ſanguinem, eſt ulciſci, pœnas repoſcere fuſi ſanguinis, aut propriè dicti, aut mortis quacumque ratione illatæ citra etiam ſanguinis effuſionem, aut gravis, & atrocis injuriæ, damnive dati, & facti. Eadem phraſis non raro locis alii uſurpata *o,* *requirendi ſanguinem & animam.* Ducta videtur à conſuetudine, quia proximus, conſanguineus, maximè neceſſarius occiſi, perſequebatur occiſorem, ſed inſequebatur fugientem, ad ſumendam, de illo vindictam. Idipſum præterea dicunt Hebræi ſimplici verbo *requirendi p* בקש *baKaſch,* quod eſt *cum conatu, & ſtudio quærere q.* Deus igitur dum ſibi vindictam reſervat, præter alias rationes declarat quanta nos læſos, ut ita dicam, neceſſitudine attingat, qui noſtras, ut proprias ſuas, æſtimet injurias: ſimul, quam nihil eum latere poſſit, qui perindè ac ſi ad tempus lateret, A inquirit ne lateat: quam nihil temere judicet, ac præcipitanter, ſed meditate, circumſpecte, explorate.

Requirere ſanguinem, quid ſit. Phraſis requirendi ſanguinem & animam unde ducta. o Gen. 9. 5. Ez. 3. 18. 20. c. 33. 6. 8. p 1. Reg. 20. 16. 2. Par. 24. 22. q Deut. 32. 35. Rom. 12. 19.

Recordatus eſt. Non eſt oblitus.] Auguſtinus, Pſalterium Romanum, & Ambroſianum, ſynonym. *Memoratus eſt, & non eſt oblitus.* Memoriæ ſuggerendum dumtaxat, non pluribus oſtendendum, quod monet idem Auguſtinus, aliique, non cadere oblivionem in Deum, ſed cum quid poſt longum tempus facit, ſecundùm affectum infirmorum hominum, qui quaſi oblitum putant, ejuſmodi formulam frequentari. Idem ſentiendum de aliis verbis: *Non eſt oblitus,* niſi quod hæc innuunt refricatam ipſi memoriam ſupplicum precibus, qui non exaudivit ſtatim: aut, quod obſervat Bruno, continent correctionem, ne quis audiens recordatum, putet oblitum; illa ſpontè ac ultro rediiſſe quodammodo in memoriam opis ferendæ, quam quum non ferret, videri poterat oblivioni tradidiſſe.

In Deum non cadit oblivio. Brunonis obſervatio.

Huc pertinent orationes, quibus à Deo flagitatur, ut meminerit, recordetur, memor ſit & ne obliviſcatur: tales quoque cum eodem expoſtulationes quod obliviB ſcatur. Obvia ſunt multis locis exempla. Recordatur, & non obliviſcitur ejus rei Deus, quam requirit: non excutit illi memoriam mors, ut querebatur ille qui dicebat *r:* *Oblivioni datus ſum, tamquam mortuus à corde:* non paupertas, *ob quam Fratres ſ, hominis pauperis oderunt eum t.* Poſtremo notandus ſcripturæ mos rem eamdem efferendi negatione, & affirmatione ad augendam vim ſermonis, ut, *Confeſſus eſt, & non negavit u:* & hoc loco, *Recordatus eſt, non eſt oblitus.*

r Pſ. 30. 13. ſ Prov. 19. 7. t B. Thomas Scripturis mos rem eamdem efferendi negatione & affirmatione.

Clamorem pauperum.] *Clamorem* dixi non tam vocis eſſe, quam calamitatis atque tribulationis, vel gemituum, vel internorum etiam dolorum, & querimoniarum oppreſſorum, ac injuria affectorum. *Ecce clamabo,* dicebat expoſtulando Job *x,* *vim patiens, & nemo audiet: vociferabor, & nemo eſt, qui judicet. Vidi afflictionem, ait Deus y, populi mei in Ægypto, & clamorem ejus audivi.* Clamor Sodomorum erat non turpe peccatum dumtaxat, & in fame, ſed violenta compreſſio etiam contra jus hoſpitalitatis *z.* Clamabat vox ſanguinis Abel *a:* clamat & pauper, ac egenus *b,* & is, cujus quis mercedem fraudat *c.* C Ipſimet qui faciunt injuriam perferunt clamorem eorum qui illam patiuntur, quum ne hiſcere quidem iſti audeant, ita ut ipſum iniqui peccatum, clamor ſit. *Qui quaſi de induſtria,* inquit Job de talibus *d,* *receſſerunt à Deo, & omnes vias ejus,* id eſt, nullas, quod lex charitatis, quam violant, omnes amplectatur, *intelligere* (practicè, uſu, & opere) *noluerunt, ut* (quod inde conſequens eſt) *pervenire facerent* (ut perferrent ipſimet, ait Nicetas *e,* *ad eum* (ad Deum) *clamorem egenii, & audiret vocem pauperum.* Idem Job *f,* velut epitheto proprio, cognominat *pauperem vociferantem.* Pro *clamore* Pſalterium Romanum habet *orationes* hoc loco, pro *pauperibus, inopes* Ambroſianum. In editione Græca Sixtiana pro κραυγῆς *clamore,* eſt δεήσεως *orationis,* & ita in Genitivo codices quidam Pſalterii Romani habent, Caſſiodorus legit in Accuſativo ſingulari *orationem.*

u Jo. 1. 20. Clamor pauperum ut exponatur. x c. 19. 7. y Ex. 3. 7. z Gen. 18. 20. 21. c. 19. 13. a Gen. 4. 10. b Deu. 15. 9. c cap. 24. 15. Jacob. 5. 4. d Cap. 34. 17. 1. Rom. 13. 10. e In Job in Catena. f c. 19. 11.

Ad extremum *pauperes* intelliguntur quilibet ope deſtituti, miſeri, calamitoſi, afflicti, humilitati, & oppreſſi, quamvis forſitan non ſint humilitate, aut alia virtute præditi; nec auxilium mereantur: nec enim proD inde non eſt in juſtitia lædere illum, qui coram Deo peccator eſt, de quo numero ſæpè poſſunt, ac ſolent eſſe mercenarii, quorum fraudatio tamen clamor eſt ad Deum, ut dixi. Refert ad bonum publicum, & ad privatum etiam lædentium, atque læſorum, ut injurias improbis etiam factas, qui præſertim, quod attinet ad illas, inſontes ſunt, vindicet Deus.

Vocis pauperum expoſitio.

Hebræum nomen עמים *hamiim,* tales propriè ſignificat quos dixit: at ענוים *hhanavim* modeſtos, manſuetos, qui ſeſe ſubmittunt, Paraphraſtes Chaldæus uſus eſt ſimili huic ſecundo ענותני *hhannethane.* Tamen hæc ſe crebro invicem comitantur, & facile unum pro alio ſumitur, & ab Hebræis per notas Keri chetiu admonemur aliud pro alterius vice legere. Pro manſuetis, aut pauperibus ſpiritu, vereque humilibus, juxta tropologiam, plurimi hos pauperes hic accipiunt, & aliis modis, quos prius indicavi. Omnium abſque limitatione, pauperum pater eſt Deus, vere, ut laudamus per Paronomaſiam in vocibus Hebræis אב אביון *au euion,* quæ ab amore ac deſiderio derivantur; pauperis; ut ei ſuccurratur; Dei, ut ſuccurrat.

Pauperes ut hic accipiantur juxta tropologiam.

Verſ. 14.]

Verſ. 14.] Miſerere mei Domine, vide humilitatem meam de inimicis meis.

Verſ. 15.] Qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.

UNUS ego inter pauperes, quorum tam libenter exaudis clamorem, pauperrimus, intimo cordis clamore imploro miſericordiam tuam: vel certè animo recolo, induens miſerorum perſonam, quid clamantes dicere ſoleant, qui jam te prius hymno extuli *a.* Vel recordatus miſericordias tuas priores erga me repeto memoria, quo pacto ipſe te precarer *b.* Conſtituo ante oculos benignitatis tuæ ſummam, quam patior ab inimicis afflictionem meam; quæſo ne diutiùs te videre diſſimules, ſed mox, allata ope, fac percipiam ego aliique quod videas. Solus de ſummo vitæ diſcrimine, deque ipſis mortis faucibus potes, ac ſoles eripere, & quum jam aliquoties eripueris, fidentiùs expeto, expectoque eamdem miſericordiam tuam. Ego viciſſim abs te liberatus, frequentabo portas urbis, ubi celebriores populi conventus fiunt, ut palàm, publicèque, & ſigillatim, recenſeam, atque prædicem omnes laudes tuas.

a Theodoret. Auguſtinus Caſſiodorus, Haymo, Bruno. b Theodor. Antiochen. Cajetan.

Vide humilitatem meam.) Teſtis Theodorus Antiochenſis. Aquilam legiſſe in præterito, *vidit,* ut & in primis verbis *miſertus eſt,* ut ſit pro tempore tempus. Hier. legit, *afflictionem meam* τὴν ταπείνωσιν עניי *honii.* Non eſt ergo virtus humilitatis hoc loco, ſed afflictio, depreſſio, dejectio ab aliis illata, ut Græci docent, Didymus, Chryſoſt. Theodoretus, Euthymius, &c. & ex Latinis Auguſtinus, Ruffinus, Caſſiod. Remig. Haymo, Gloſſæ, Thomas, Lyranus, Ludolphus, Dionyſius, & plures alii. Quamvis & *de virtute* interpretentur quoque Remigius, Thomas, Ricardus Pampolit. nec non Gregorius *c* Euſebio ſcribens Abbati, non grande eſſe, ut iis humiles ſimus à quibus honoramur, quia & hoc ſæculares quilibet faciunt; ſed illis maximè humiles nos eſſe debere, à quibus aliqua patimur. Tum præſentem citat locum: *Vide humilitatem meam de inimicis meis.*

Humilitatis virtus hoc loco non accipienda. Aliorum interpretatio. c l. 2. ep. 24.

De duplici humilitatis acceptione alias diſſeruimus, & de verbis Cantici B. Virginis *d:* *Reſpexit humilitatem* C *ancillæ ſuæ:* quæ juxta utramque exponuntur à nonnullis Auguſtinus & Ruffinus, Chriſti capitis pro ſuis membris: alii Davidis ſub aliorum perſona, orationem hanc eſſe tradunt. Emphaſis eſt in verbo *vide;* nam qui reſpiciendo terram, facit eam tremere *e,* multo magis inimicos: *aſpiciendo diſſolvit gentes f:* & qui oppreſſos videt, idem animat, juvatque: quemadmodum alacriùs pugnat, præſente, atque adſpiciente eum duce, inquit Haymo: tandem petit, ne quid in ſe ſit, quod ſibi benignum aſpectum Dei veluti obſtruat, ne qua nubes peccati, vel murus *g:* nam avertit oculos ab oratione peccatoris *h.*

d Luc. 1. 48. e Pſ. 103. 32. f Hab. 1. c. 2. 6. g Iſa. 59. 2. Thren. 3. 44. h Iſa. 1. 15.

De inimicis meis.) Paullò clarius Hieronymus; *Ex inimicis meis;* משנאי *miſſoneai,* Ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου. Plus quiddam Heb. hoc nomen ſonat, quam אויב *oieu,* nempe *odio, & invidia flagrantem,* ſi Ariæ credendum eſt. Equidem non reperio ejuſmodi diſcrimen: immo dici de illo, qui ſolum amet minus, etiamſi non propriè oderit, quod deſpicere vertit Interpres, ubi ſermo eſt de Jacob, Liam, præ Rachele, minus amante *i.* Non dubio tamen quin hoc loco de acrioribus inimicis hoſtibuſque ſit ſermo.

i Gen. 29. 31. 32.

Qui exaltas me de portis mortis.) *Exaltare,* ad depreſſionem reſpectum dicit, quæ vocabatur prius *humilitas:* & ſignificat inde ſuſtollere, & elevare, ac in loco edito, tutoque conſtituere. Diſcrimina mortis omnia premunt, ac infernè ad caſum, ruinam, ſepulchrum, locum inferum, proprium mortuorum, deprimunt, & dejiciunt. Idem ſibi vult *vitam inferno appropinquare k:* paulo minus *habitare in inferno animam l. Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam m:* ipſamet corruptio multo magis. Patres multi *animæ interitum* interpretantur, atque peccata, quæ nos ad mortem animæ adigunt, ceteraque pericula, & occaſiones *n,* & pravam doctrinam, & ſenſus ipſos: mors enim intrat per has non modo feneſtras, ſed patentes portas *o:* quod deſignavit adoleſcens elatus extra portam civitatis *p.* Idem & ego ſentio: licèt ſub typo interitus corporis, de quo prima litteræ facies per ſe loquitur, & nominatim declarant Theodorus Antiochenſis, Euthymius. *Portæ mortis,* extrema pericula ſunt, ut aliis locis *q,* nec non & *portæ inferi r,* & *tribula*A *tionum ſ,* & quia in portis jus dicebant Hebræi iis de cauſſis, quas dat Hieronymus *t:* *portæ* pro *magiſtratibus* accipiuntur nonnumquam; & hoc loco *portæ mortis* pro iniquis judicibus, ut notat Remigius, pro perſecutoribus, & hoſtibus vel corporis, vel animæ. Cyrillus Alexandrinus, & Caſſiodorus, Diabolum nominant cum aſſeclis. Plura de his portis, dixi ad Caput XVI. Sapientiæ *u.* In *exaltandi* præterea verbo Caſſiodorus, Gloſſæ, Hugo, remotionem obſervant ab omni ſcelerata converſatione: Chryſoſtomus, ut præter liberationem à periculis, reddat Deus quos liberat, admirabiles inſignes, clariores: videtur & relatio quædam, innui, ut indicat Haymo, ad eas quæ ſequuntur portas excelſi montis Sion, ad quas ſe conſcenſurum, voti cauſſa ſpondet.

k Pſ. 87. 4. l Pſ. 93. 17. m Sap. 9. 5. n Ambroſ. etiam in Symb. c. 14. & in Luc. c. 9. Greg. 19 Mor. c. 13. & in Pſ. 5. pœn. Hieron. in c. 5 Amos, & in c. 3. Nah. & in Pſ. 86. Orig. tra. 1. in Mat. & 6 cont. Celſum o Jer. 9. 21. p Luc. 7. 21. Portæ mortis quid ſint. q Job. 38. 17. Pſ. 106. 18. Sap. 16. 13. r Pſ. 106. 16 Iſa. 38. 10. c. 45. 2. ſ Mat. 16. 18. Eccl. 51. 5. In portis jus dicebãt Hebræi. Porta pro Magiſtrat. t in c. 5. Amos. Obſervatio Caſſiodori, & aliorum in exaltandi verbo. u verſ. 13.

Omnes laudationes tuas.) Hieronymus, Auguſtinus, Caſſiodorus, Pſalterium Romanum, & Ambroſianum, *laudes,* id eſt, quæ laudationibus, & laudibus digna ſunt. Omnes intellige laudationes, laudeſve, ſicut verſu ſecundo, *omnia mirabilia x. Quis enim auditas faciet omnes laudes Dei?* Ubi ſunt eædem voces αἰνέσεις, & תהלה B *thehillah.* Præcipua laudationum argumenta Euthymius enumerat, creationem, providentiam, ſapientiam, juſtitiam, incarnationem.

x Pſ. 105. 2.

In portis filiæ Sion. Vel ego in dictis portis exiſtens, vel hi qui exiſtent in illis, atque in maxima frequentia, in Eccleſia magna, & populo gravi *y,* hoc eſt, multo. Egregia vero antitheſis *portarum* iſtarum cum præcedentibus portis mortis. Myſticè, iidem, quos ante memoravi, *portas* virtutes interpretantur, & ſtudioſas actiones, per quas in cœleſtem Sion, ſive in beatitudinem intratur, quaſque in alio Pſalmo *z,* nominat David *portas juſtitiæ:* Vel omnes particulares Eccleſias *a.* Meminit & Chriſtus *b,* latæ portæ ad perditionem, anguſtæ, ad vitam. Juxta eumdem myſticum ſenſum *filiæ Sion portæ* deſignant hanc noſtram vivendi ex virtute rationem, & Eccleſiam, in qua ſumus, typum eſſe cœleſtis habitationis, ac vitæ *c,* Et Jeruſalem, quæ eſt mater noſtra *: item Sacramenta, & initia fidei, quæ pulſantibus aperiuntur *d,* ut perveniant ad occulta Dei *e,* (eſt Pſalmi titulus pro occultis:) præterea omnem, qui C eſt intra Eccleſiam, debere eſſe tamquam filiam propter ſtudium caſtitatis *f:* ad hæc Eccleſias ſingulas generatas eſſe in Sion, ſive in Jeruſalem *g:* Unde lex exiit, & verbum prædicationis Evangelicæ *h,* &, quod conſequens eſt, per doctrinam Apoſtolorum *i* Chriſtus appellavit ſeipſum *oſtium k,* & Barnabas citatus à Clemente Alexandrino *l,* ita locum Pſalmi CXVII. *m* explicabat: *Aperite mihi portas juſtitiæ.*

y Pſ. 34. 18. Egregia portarum antitheſis. Myſtica interpretatio portarum. z Pſ 117. 10. a Theodor. Euthymius, Caſſiodorus. b Mat. 7. 13. 14. c Origenes, Didymus. * Gal. 4. 26. d Mat. 7. 7. 8. e Auguſt. f Remigius. g Caſſiodor. Haymo. Ludolphus. h Iſa. 2. 3. i Thomas, Bruno. k Jo. 10. 7. 9. l 6. Stro. c. 3. m verſ. 19.

Ad litteram *filia Sion* dicitur, non, ut exiſtimavit Cajetanus, civitas Hieroſolymitana ſub monte Sion, quod ex eo, ubi erat ſedes regia, & Arca Domini, ac poſtea templum, dignitas, gloria pendebant, ſed quia ſimili modo dicitur *filia Babylonis n, Moab o, Dibon p, Tyri q, Edom r, Ægypti ſ,* idem eſt *filia Sion,* quod Sion ipſa ſive civitas tota Jeruſalem, quæ vocatur etiam *filia Jeruſalem t,* & pro ea per Synecdochen ſumitur.

Ad litterã filia Sion quid ſit. n Pſ. 136. 8. Iſa. 47. 1. c. 51. 33. o Iſa. 16. 1. p Jer. 48. 18. q Pſ. 44. 3. r Thre. 4. 22. ſ Jer. 46. 11. 19. 24. t Mich. 4. 8. Zach. 9. 9.

Nec ratio appellationis eſt ſufficiens, quam Trevetus tradit primæ ſimilis, quia ſit maxime intima monti Sion; quo pacto, inquit, *filius mortis,* qui obnoxius eſt morti, appellatur. Eugubini melior cauſa, quoniam בנה *banah* D unde בת *bath, filia,* & בן *ben, filius,* ſignificat *ædificare,* & fabricari, idcirco *filia Sion, Moab,* &c. idem eſt quod *fabrica,* ædificium, civitas, collectio cunctorum ibi habitantium: quemadmodum & Græcè *Synodus* genere fœminino multorum cœtum comprehendit. Quin etiam eodem genere fœminino *filiæ Sion u,* alteriuſve loci, omnes maſculini quoque generis incolas denotant, qui ſcilicet à civitate ſeu ab oppido, caſtro, etc. protegantur, ſicut filia à matre. Præterea interdum minores aliæ civitates, oppida, villæ, quæ principi ſubſunt civitati velut matri, quam et metropolim, ac matricem vocant, *filiæ* appellantur *x.* Ut proinde non ſatisfaciat ratio Antonii Agellii hoc loco de *filia Sion,* quod intra mœnia, videlicet quaſi intra uterum includatur, et contineatur civitas populuſque in ea habitans: nec enim mœnibus cinguntur omnia, quibus, juxta rationem allatam, à nobis, id nomen communicatur.

Treveti interpretatio. Eugubini. Filiæ Sion de incolis utriuſque ſexus. u Pſ. 149. 2. x Ezech. 16. 46. & ſeq. 1. Mach. 5. 65. Agellii ratio minus ſatisfaciens.

Ribera noſter *y,* arbitratur, nomen *filiæ* nominibus adjunctum urbium, aliorumve locorum et congregationum, magis ornatus cauſſa poni, quam ſignificationis. Refellit præterea *z* cauſſas, quas quidam reddunt nomi-

Riberæ ſententia. y Sophon. 3. num. 24. z Amos 5. n. 3. 4. & 5.

nominis *Virgo*, quandò pariter connectitur cum iiſdem rebus *a*; non enim propter puritatem ab Idololatria, ſed ob elegantiam, & pulchritudinem, aut ob ardentem amorem, quo Deus aliive loca illa proſecuti ſint, & curam qua conſervaverint. Imitantur iſtas formulas Auctores profani, maximè Poetæ, tum Græci, tum Latini, urbes fœminarum nominibus appellando. Hoc loco Chaldæus pro *filia Sion*, poſuit Eccleſiam, ſive cœtum כנשתא *cheniſcetha*.

a *Iſa.* 23. 12. *cap.* 37. 22. *cap.* 47. 1. *Jer.* 18. 13. *cap.* 46. 11. *Amos* 5. 2. Urbes fœminarum nominibus appellatæ.

Verſ. 16.] Exultabo in ſalutari tuo: infixæ ſunt Gentes in interitu, quem fecerunt. In laqueo iſto, quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.

Verſ. 17.] Cognoſcetur Dominus judicia faciens, in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.

ITA ſe laudes recipit Dei celebraturum, ut exultet gaudio, geſtiatque, ac lætitiis plenus incedat, ob ſalutem adeo plenè adeptam. Etenim hoſtes, qui ceu in prædam avidi involabant in ipſum, corruiſſe in foveam quam paraverant ſeſeque in laqueos induiſſe, quos inſidiosè tetenderant. Inde natum, ut quum pauciores, Dei de rebus humanis procurationem vel intelligerent, vel crederent, deinceps talibus documentis deliberatis innoxiis, improbis animadverſis, veram ea de re ſententiam percipiant: ſi quidem quod repeti ſæpius debet, peccatores aliis malum ſtruendo, illo ipſo malo comprehenſos, ac irretitos fuiſſe. Iſti myſticè Dæmones ſunt, aut perſecutores, Gentiles, Hæretici, Judæi, aut quilibet iniqui aliis inſidiantes, in quorum caput machinæ atque peccata illorum recident, ac reciderunt: qua de re dictum ſatis in genere ad verſus XVI. & XVII. Pſalmi VII.

Exultatio in ſalutari eſt de redemptione per Salvatorem Chriſtum: cognitio judicis ac vindicis Dei; hic quidem, ſed potiſſimùm quando generaliter judicabit Chriſtus, idem Deus & homo. Ipſamet hoc loco oratio exultat, eadem inculcando variis modis, ac inſultando devictis hoſtibus, & multiplici ſimilitudine victoriam ſuam declarando; quamdam, ut ait Euthymius, quodammodo pompam agendo, aut triumphum de inimicorum deſtructione. Secundùm litteram Cajetanus accipit Ammonitas, quos ut Deus deleret ob vetera delicta, permiſit Davidi movere bellum injuſtum, in quo corruerunt: Trevetus Pharaonem, & Ægyptios; nos, ut adhuc fecimus, magis generaliter.

Cajetani & Treveti interpretatio.

Exultabo in ſalutari tuo] Sic eſt etiam Hebraicè, & Chaldaicè, & in emendatis Græcis Bibliis Sixtianis, alliiſque, in Pſalterio Romano, Ambroſiano, & apud Enarratores, nempe in numero ſingulari: niſi quod Auguſtinus legit; *ſuper ſalutare tuum*. In codicibus verò Complutenſibus, Regiis, & apud Euthymium, in plurali, *exultabimus*, Similis oratio cantici Habacuc *b*: *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Jeſu meo*: & cantici B Virginis: *Exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo c*; & in aliis Pſalmis *d*, David Deum Dominum ſuum, ac ſalutare nominat: præterea Micheas *e*, & mater Samuelis *f*. Maria frequenter uſurpabat, *Exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*. Nam id repetiit quadam epiſtola ad Ignatium: *Non te moveat perſecutionis auſteritas, ſed exultet Spiritus tuus in Deo ſalutari tuo*. Eidem ſimili modo familiare fuit appellare ſe *ancillam Chriſti*, quod fecit alloquens Gabrielem, & in Cantico ſuo, & illa quam dixi, Epiſtola.

b *Cap.* 3. 18. c *Luc.* 1. 47. d *Pſ.* 24. 5. *& alibi*. e *Cap* 7. 7. f 1. *Reg.* 2. 1. Maria quid frequenter uſurpare ſolita.

De Jeſu locum præſentem accipit Hieronymus, Auguſtinus, & alii: Chryſoſtomus, & quidam præterea indefinitè de ſalute, quæ in Deo eſt: ubi obiter Chryſoſtomus utentes in morbis incantationibus, ac impoſturis reprehendit: hoc enim non eſſe ſervari, ſed perire. Nomen Hebræum eſt ישעי *iiſchhi*, quod apud Habacuc, ut dixi, reddidit interpres nomine proprio *Jeſu*, Græci adjectivo Σωτῆρος, quæ vox, juxta Etymologiam, valet illud Heb. *Jeſu*, quod Hebræo ſono ita editur ישוע *Jeſchuahh*, ſed per abbreviationem ישע *Jeſchahh*, ut conſtat ex titulo Crucis, quod vidi in baſilica Sanctæ Crucis in Jeruſalem, & ex ſententia Pilati contra Chriſtum, quam ferunt *g*, paucis ante annis Amiterni repertam inter ædificii cujuſdam ruinas. Quamvis poſtea per contemptum appellaverint Hebræi ישו *Jeſchu*, detrahendo ע quæ pertinet ad radicem nominis ac verbi, quibus *ſalus* ſignificatur. Chriſtiani ex Gentibus ita etiam ferè loquuntur, ſed abſq; contemptu & eo modo vocaturos *Chriſtum* dixit Rabbi Haccados apud Galatinum *h*.

De Jeſu locum præſentem qui accipiant, qui aliomodo. Sententia Pilati contra Chriſtū ubi paucis ante annis reperta. g *Roderic. de Rojas in Deſcriptione Palæſtinæ, & Ant. Guara in c.* 3. *Hab.* h *lib.* 3. *c.* 8.

Exiſtimat Ribera proprium nomen eſſe in Habacuc, nec obſtare affixum pronomen: habere enim rationem communis ſignificationis, nempe quia tribuitur communi, & publicæ perſonæ, qualis quoque Meſſias, & ſimilia item propria nomina, quibus pariter præfigitur aliquando ה demonſtrativum ob eamdem cauſam, quod alioqui nominibus propriis non convenit. Arbitrantur aliquando LXX. Interpretes uſurpare adjectivum neutrum σωτήριον pro ſubſtantivo σωτηρία. Putat Genebrardus in expoſitione Pſalmi XIII. *i* ubi canitur *Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael?* de induſtria ſic paſſim vertiſſe propheticè, ut intelligeretur, ſalutem illam pertinere ad perſonam Chriſti, & Deitatem junctam Humanitati, non ad nudam Dei actionem: quia ſignificant adjectiva ſubjecta cum accidentibus; abſtracta vero, accidentia ipſa per ſe. Hoc modo Simeon oculos ſuos dixit vidiſſe *ſalutare k Dei*: Paulus, Gentibus miſſum hoc idem *l*. Quamquam teſtis eſt Dionyſius agens de Divinis nominibus, cui Theologi conſentiunt, de Deo, ſecundùm ſe melius dici abſtracta nomina, quoniam habent ſignificationem ſimplicem, illimitatam, infinitam. Tale vero eſt nomen Jeſu in lingua Hebræa, ut dicitur de Chriſto.

Riberæ lectio loci Habacuc. Σωτήριον neutrum adjectivum pro ſubſtativo. σωτηρία Genebrardus citatus ad locum Pſalmi 13. i *verſ. ult.* k *Luc.* 2. 30. l *Act.* 28.

Infixæ ſunt Gentes in interitu.] Hieronymus: *demerſæ ſunt*, & Chryſoſtomus recitat lectionem Græcam, ἐβαπτίσθησαν, quod ſignificat טבעו *tauchbu*, etiamſi propterea, figere, defigere, infigere. Eodem modo redditur aliis locis *m*: vel per *defigendi* verbum *n*, *& figendi o*: præterea *deſcendendi p*, *ſubmergendi q*, *ſolidandi r*, *conſiſtendi ſ*. Sed numquam, quod equidem viderim, fixionem, quæ clavis aut ſimilibus fiat rebus, denotat. Quare etſi vera eſt alluſio, ad Judæos Chriſti crucifixores ut & ipſi clavis quodammodo confixi fuerint, quæ alluſio placuit Caſſiodoro, & favere poſſit Græcum verbum ἐνεπάγησαν: tamen nec ſequentes dictiones; *in interitu*, nec dictum Hebræum verbum ſatis commodè fert notionem illam de fixione clavorum.

m *Pſ.* 68. 15. n *Jer.* 38. 22. o *Thren.* 2. 9. p 1. *Reg.* 7. 49. q *Jer.* 38. 6. r *Job.* 38. 6. ſ *Prov.* 8. 25.

In interitu.] Auguſtinus, *incorruptione*, Ἐν διαφθορᾷ. Pagninus, Vatablus, Campenſis, Cajetanus, *In fovea*, vel *in foveam*; vox Hebræa שחת *ſchachath*. In Pſalmo ſeptimo *t* reddita eſt Græcè βόθρος, Latine *fovea* Et certè *interitus* hic cum videtur ſignificare, quem ſubit præcipitatus in foveam, ducta ſimilitudine à venatoribus; qui tamdiu vallatas undique, & circumactas feras inſectantur, canibus, armis, vociferatione, omni denique vi, quod inevitabilem certo paratam loco foſſam adigant. Sic deſignabit comparatio iſta violentam, & apertam nocendi potentiam. Eadem ſimilitudo videtur in Pſ. 68. *u Infixus ſum in limo profundo*. Scio πάγην, & παγίδα à πήγνυμι figo, *rete* ſignificare: item apud Ezechielem *x*, poſt deſcriptum rete ad capiendum regem Juda, ſub figura leonis ſcribi captum eſſe: ſed quum in vulneribus dicatur, quod Græcè eſt ἐν διαφθορᾷ, & Hebraicè בשחת *beſcachath*, nihil habet Agellius inde, ut probet, *interitum*, hoc loco *rete* ſignificare: nihil item efficitur ex Threnis *y*: quos idem citat, *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris*: ubi pro *in peccatis*, eſt ἐν διαφθοραῖς, *in corruptionibus* Dionyſius *z* Alexandr. ἐν διαβολαῖς, *in calumniis*, Ambroſ. *a*, *in interitu*, Hebr. בשחיתם *biſcichitheth*, *in foveis*, quamvis Chald. ſit: *in rete occiſionis ſceleratorum* במצ רחבנולהוןדמנאשין *bemetſad chabbulehon demaunſchin*. Quod Job *pergere in interitum* Latinè dicit *b*; Hebraicè eſt, בשחת *baſcachath*, Græcè εἰς διαφθορὰν Chaldaicè *in gladio*, בחרבא *beſcilcha*; qui enim gladio perimitur, interit, & demum in foveam ſepulchrumve mittitur. Aliquando *c* lego *interitum laquei*, διαφθορὰν παγίδος שחת רשת *ſcachath reſceth*. Sed Hieronymus vertit, *inſidias retis*: alii *foveam retis*; Denique ſumitur שחת *ſcachath* pro extremo interitu mortis, ac damnationis æternæ, quę eſt in fovea gehennæ: *judicium* enim *gehennæ*, Chaldæus ponit דין גהנם *din ghehinnam*, ubi legimus *d*: *Non videbit interitum*, καταφθορὰν שחת *ſcachath*. Reperitur quin etiam *puteus interitus* φρέαρ διαφθορᾶς באר שחת *beer ſcachath*, quam Chal. appellat *gehennam profundam* גהנם עמיקתא *ghehinnam hhamikętha*.

t *verſ.* 16. u *verſ.* 3. x *Cap.* 19. 3. Agellii expoſitio improbata. y *cap.* 4. 20. z *in reſp. ad Ep. Pauli Samoſateni* a *Serm.* 15. b *cap.* 33. 28. c *Pſ.* 34. 7. d *Pſ.* 48. 10. *Pſ.* 54. 24.

Gehennam. Præterea eadem paraphraſis reddit ubi ſunt dictæ voces aliarum linguarum, *interitus*, φθορά, שחת *ſchachath a*: *Qui redimit de interitu vitam tuam*. Hæc paullo ſubtilius placuit attuliſſe, ut docerem, interitum in hac ſententia non eumdem eſſe cum rete, & laqueo, cujus mox diſtincta mentio fit. Tropologicè, *peccatum interitus & corruptio eſt*, ait Didymus, *ſicut virtus incorruptio* b.

a *Pſ.* 102. 4. Interitus in hac ſententia non idē cum reti. b *Eph.* 6. 24.

In laqueo iſto quem abſconderunt.] Hieronymus, *in rete iſto, quod occultaverunt*: Caſſiodorus, & Pſalterium Ambroſianum: *in laqueo iſto quem occultaverunt*: Auguſtinus: *in muſcipula iſta, quam occultaverunt*. Pſalterium Romanum: *in laqueo iſto, quem occultaverunt mihi*. Alia comparatio ut Euthymius, & Thomas quoq; obſervant, non eadem, ut Agellius contendit, ex artis venandi opere minus laborioſo, & ſumptuoſo, per dolos retis, laquei, pedicæ, reliquiſque ingeniis, quibus minus cautæ deluduntur, & capiuntur animantes: & hac re innuitur aliud injuriæ genus parandæ faciendæque, per technas & fraudes: Clemens Alexandrinus *c* indicat ſe totum locum iſtum intellexiſſe per comparationem quam dixi, ex venatione ferarum. Colligunt ceteri Patres, ac expoſitores, juxta tropologiam, unum quemlibet peccatorem non alieno, ſed proprio talem peccato conſtitui, nec alium lædere, quin ſe lædat prior.

Clementis Alexandr. ſententia. c. 6. *Stro. c.* 1. Tropologia

Cognoſcetur Dominus judicia faciens.] Hieronymus, *Agnitus eſt*, & quem citat Chryſoſtomus Ἐγνώσθη κρίματα ποιήσας, *cognitus eſt judicium feciſſe*, Græcus noſter textus, & Patres Græci, & Biblia Regia atq; Complutenſia, & Agellii (quem puto poſt emendationem Bibliorum ſua non relegiſſe: ſequi enim ſolet damnatas, ſeu minus probatas lectiones,) *cognoſcitur*. Participium: ſive præteritum נודע *nodahh* omnibus temporibus accommodari poteſt Chaldaicè. *Manifeſtum eſt Deo*, vel *cum Deo, judicium quod fecit* גלי קדם ייי דינא דעבד *gheli-Kodam* ייי *dina dahhauad*. Severiores interdum, pro rebus quæ humano judicio leves ſunt, ſumi pœnas, ſanciatur melius lex Dei, colligit hinc Oecumenius *d*, diſputans de Anania, & Saphira, exemplis idem aliis confirmans: qua de re nos ibi etiam. Quod ſi de pœnis futuræ vitæ agatur, Caſſiodorus ex hoc ipſo loco errorem neſcio quem confutat, quod peccator ſola delictorum ſuorum recordatione, non autem aliis pœnis ſit cruciandus *e*. *Notus in Judæa Deus, in Iſrael magnum nomen ejus*; ac extra etiam; quia *ibi confregit potentias arcuum, ſcutum gladium, & bellum f*. Confert plurimum ad judicia divina cognoſcenda, & veneranda, quod inferat Deus interdum ſupplicia, ut Chryſoſtomus *g*: hoc ex loco infert. Plurimi ad generale judicium ſententiam iſtam referunt, ſed latius patet.

Agellius minus probatas lectiones ſecutus. Severiores interdum pœnæ pro rebus quæ humano judicio leves. videntur. d *Act.* 5. Error a Caſſiodoro confutatus. e *Pſ.* 75. 24. Ad judicia divina cognoſcenda & veneranda quid multum conferat. f *ibidem*. g *Hom.* 33. *in ep. ad Hebr.*

In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.) Hieronymus, *corruit impius*. Alii, *illaqueatus eſt*; Cajetanus amplectens eadem ſententia vocem הגיון *higgaijon*. *In opere volarum ſuarum impacta eſt impii meditatio*, hoc eſt, inquit, in bello manuum ſuarum corruit meditatio impii Ammonitæ, qua machinabatur adversùs Davidem. Trevetus explicat de ſubmerſis Ægyptiis cum Pharaone. Ex editione Hieronymi, quam ſe profitetur ſequi, recitat hoc modo: *In opere palmarum ſuarum corruit impius ſonitu ſempiterno*; quæ duæ voces reſpondent jam dictæ, & alteri סלה *ſelah*. Tum exponit judicia quidem quæ cognitum ſit à Deo facta, de terræ motu ea nocte, qua egreſſi ſunt Hebræi, quo multa templa conciderint: *corruiſſe* autem *impium in opere manuum ſuarum, ſonitu ſempiterno*, quando ſubmerſi ſunt Ægyptii *h*, qui vociferati erant in Hebræos; & fluctuum editus ſtrepitus eſt memorabilis in ſempiternum. Sed Hieronymus, ut nunc extat, pro dictis vocabulis Hebræis habet *Meditatio*, vel *meditatione ſemper*. Innuit eumdem ſenſum Folengius de ſubmerſis Ægyptiis. Univerſaliorem ſententiam eſſe jam ſæpius monui.

Terræ motus nocte qua egreſsi ſunt Hebræi qualis. h *Exod.* 14.

Comprehenſio allaqueationis, quam ſignificat נוקש *noKeſch* à יקש *jaKaſch* denotat unumquemque peccatorem ipſum ſibi ſecum portare & funes, & vincula, & tormenta unde ſuſtineat mala, nec ab aliis eſſe neceſſe præparari unde torqueatur, quum ipſe ſibi prę paret quæ ad pœnam pertinent *i*. Non ſemper Deus infert ſupplicium, *ſed ipſe ſibi inordinatus animus pœna eſt K*. Nonnumquam placet ſibi peccator in peccato, & punit Deus *l*.

i *Hieronym.* k *Auguſt. in Confeſſ.* l *Chryſoſt.*

Comprehendi pedem, quod ante dictum eſt, eſt vitioſum affectum; manus vero, vel ut alius habet apud Chryſoſtomum, ταρσοὺς *volas & palmas* eorum, quod item valet vox Hebræa כ *caph*, etiam opus malum deprehendi; & tum quum vel quis molitur, vel etiam exequitur quod malum eſt, capi, convinci, puniri, quod vulgo dicitur in flagranti, & Italicè, *eſſer colto con il furto in mano*, ſic, exempli cauſa, quum adhuc eſcæ eſſent in ore Hebræorum, ira Dei aſcendit ſuper eos *m*: & in ipſo itinere perſecutor Saulus dejectus *n* eſt. Mezentius de Milvio ponte præceps ruit, in pugna contra Conſtantinum, &c.

m *Pſ.* 77. 31. n *Act.* 9. 4.

Magna ſimul, ac ſuavis in eo apparet ſapientia, & providentia Dei, ut ipſi ſe peccatores in conſiliis, & operibus deprehenſos cognoſcant, ſæpe etiam ſine ferro, lapide, ligno, aliave re externa, ut externi Judices ſolent, inquit Remigius, ſed tantum ſubtrahendo illis manum miſericordiæ ſuæ, non corripiendo eos, &c. *Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur* o: *& præcipitavit eum conſilium ſuum p*. *Malam*, ſed *turbatam* vocat Bernardus *q conſcientiam* ejus, quæ in actu peccatorum ſuorum deprehenditur, & comprehenditur. Solent peccata vocari *opera manuum noſtrarum r*, quia propriè noſtra ſunt: ita quoque nec diſſimili de cauſſa nominantur Idola *ſ*, utpote quæ non ſint, niſi quatenus à nobis fiunt. Attamen legimus aliquando opera manuum noſtrarum bona, ut *t*: *Labores manuum tuarum quia manducabis beatus*, &c.

o *Prov.* 5. 28. p *Job.* 18. 7. q *Tract. de Conſc. par.* 2. Peccata vocantur interdum opera manuum noſtrarum. r *Pſ.* 27. 4. 5. *Deut.* 31. 29. *Apoc.* 9. 20. Opera manuum noſtrarum aliquādo bona vocantur. ſ *Pſ.* 113. 4. *Iſa.* 2. 8. *Oſe.* 14. 4. t *Pſ.* 127. 2.

Ante ſequentem verſum legitur Hebr. הגיון סלה *higgaion ſelah*, quod Hieronymus vertit, *Meditatio ſemper*. Sed Trevetus ex eodem Hieronymo, ut retuli, jungens priori verſu, *ſonitu ſempiterno*. Chaldaicè: ישריו צדיקיא לעלמים *Ferannenum tſaddikaia lebhalemim*. *Gaudebunt*, vel *exultabunt juſti in æternum*. Græcè in Sixtianis codicibus: ᾠδὴ διαψάλματος, *Ode*, ſeu *Canticum diapſalmatis*. Aquila, ᾠδὴ ἀεὶ, *Canticum ſemper*. Symmachus, Μέλος διαψάλματος, Melos, aut concentus diapſalmatis. De *ſelah* dictum Pſalmo tertio. Poſſet quoque prior Hebræa ex duabus quæ hic ſunt, vox ſignificare *modulatum cantum*, qui & *meditatus* dici poteſt; nec non ſonum cantus intenſioris, quem ad ea quæ modo recitata ſunt, adhibere oporteat, potiſſimum Juſtos, cum ingenti exultatione: atque ſemper memoria retinere, tamquam notatu digniſſima; vel quo hoc ipſum commodius fiat; magiſque memoriæ commendentur illa & comprehendantur, ſignificabitur iiſdem vocibus intermedia mora, ſive pauſa pſallendi. Verum plura citato loco, & Agellius in Proœmio.

Vocis *higgaion* ſignificatio.

Verſ. 18.] Convertantur peccatores in infernum, omnes Gentes quæ obliviſcuntur Deum.

Verſ. 19.] Quoniam non in finem oblivio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.

QUOD ſi ſuiſmet peccatores deprehenſi, ac irretiti in malis operibus, dum vivunt, reſilire & reſipiſcere nolunt, certi ſint omnino, quod monentem ſpernant animo obſtinato Deum, ſempiternas illi ſe pœnas luituros: nec enim quamvis videatur obliviſci Deus ad tempus, miſerorum quos illi vexant, ſemper immemor erit, ſinetve ipſos perpetuo cruciari. Illorum patientem expectationem ſpemque non reddit inanem Deus.

Convertantur peccatores.) Alius apud Chryſoſtomum, *convertentur*. Hebræum verbum eſt futuri temporis ישובו *jaſchuuu*. Sed vim habet imperativi. Converti autem poteſt, reverti, ſive abire, aut redire; quaſi eo redeant peccatores unde erant, voluntate atque moribus; nempe in infernum, & abeant in locum ſuum *u*: ſicut Juſti animo jam verſari dicuntur in cęlo *x*, etiam dum corpore hic vivunt. Sic Didymus, *peccatorum* vocabulo Dæmones quoque, non ſolos homines, comprehendens. Affine quod Euthymius docet. Paullo durius, ut, quod ait Agellius, intelligatur de converſione corporum in pulverem poſt mortem, ante quam mortem nemo vadit in Infernum. Nec ad rem eſt illud: *y In pulverem ſuum revertentur*: homo enim ex pulvere formatus *z*, verè propriéque in eum converti, reverti, quod verbum in eo Pſalmo eſt, redire dicitur Ii, qui de terra nati ſunt, in eadem verſantur, nihil aliud valentes

u *Act.* 1. 25. x *Phil.* 3. 20. Peccatorum vocabulo Dæmones comprehenſa, Durior Agellii expoſitio. y *Pſ.* 103. 29. z *Gen.* 2. 7.

Tropologicè, qui dicantur in pulverem ſuum vel terram reverti. Altera expoſitio vocis *converti*.

lentes cogitare, ſecundùm peculiarem rationem, dicuntur tropologicè in pulverem ſuum, vel terram, reverti. Magis placet altera ejuſdem expoſitio, ut *converti*, ſit fugere, & terga vertere, ita ut Deo adverſùs iniquos pugnante, nullum fugiendi finem faciant, priuſquam pervenerint in Infernum: & tum demum, quod Agellius non dicit, ſed innuit certè Euſebius, liceat illis convertere ſeſe, ac retro, unde fugerant, quodammodo reſpicere. Ceterum, ait Euſebius, Dei judicium adveniet, quo tempore in Infernum abeuntes pœnas luent pro his, quæ hic perperam admiſerunt: illuc quum pervenerint, convertentur.

Euthymii ſimplicior interpretatio.

Simplicior alia interpretatio Euthymii: Convertantur à præſenti vita, & illuc ſub terram deferantur, ubi dicuntur eſſe pœnarum loca. Quare idem erit *converti*, quod averti, ac recedere: qui enim recedit convertit ſe ad aliam viam, terminumque. Tertullianus *a* legit, *avertantur*, & Ambroſius *b*. Porro quamvis optando, & imperando Propheta loquatur, prædicit potius tamen, quam vel imperet, vel optet aut certè etiam approbat, & adgratulatur divinæ ſententiæ. Notant Remigius, Thomas, alii, & ſępius idem occurrit. Alius præterea modus eſt imprecandi, & optandi malum alteri ſub ea ratione boni, qua illud à Deo infligitur Juſto, ſive ob amorem juſtitiæ, ut docet Thomas *c*, Hieronymus *d*, Euthymius *e*, Bernardus *f*.

a 4. contra Marcio. c. 24. b in Pſ. 118. ſerm. 13.

Modus imprecandi & optandi malum alteri.

c 2. 2. q. 25. art. 6. ad 3. d in cap 2. Threnorum. e in Pſ. 34. f Serm. 5. in Pſ. 90.

In infernum.] Thomas interpretatur vel de punitione per mortem, vel per pœnam æternam. Ratio ſenſus prioris poteſt eſſe, quia quicumque moriebatur ante adventum Chriſti, deſcendebat in locum ſubterraneum: & corpus mandatum ſepulturæ dicitur *jacere in Inferno* juxta unam acceptionem hujus vocis, & Hebrææ שאול *ſceol*, de qua diximus alibi *g*. Sed ᾅδης, quæ vox hoc loco eſt, ut ibidem oſtendimus, pro *ſepulchro* non accipitur, multoque communior præſentis explicatio loci eſt de vero Inferno, ubi puniuntur damnati: de quo rurſus Hieronymus *h* alibi declaravit. Tertullianus *i* plurali numero legit, *in inferos*, nimis quidem amplè. Genebrardus *k* annotat exponi *in Deras*, Hebræam vocem præſentis loci pro *gehinnon*, ideſt, gehenna, Thalmudicos litteram ה quæ hic eſt in fine שאולה *ſcheolah*, ſignificare diſcenſum non modo ad infernum, ſive gehennam, ſed etiam ad infimum ejus.

Corpus ſepulturæ mandatum dicitur jacere in Inferno.

g Act. 2. 24. h in cap. 9. Amos. i 4. co. Marc. cap. 14. k Supra.

Omnes gentes quæ obliviſcuntur Deum.] Omnium nomine gentium omnes homines, non Gentiles dumtaxat intelligo; illos tamen præcipuè. *Obliviſci* cenſentur hi, qui quam vel habuerunt, vel habere potuerunt de Deo, ejuſque beneficiis notitiam practicam, non ſuſcipiunt, aut abjiciunt: qui, ut ait Caſſiodorus, vel erroribus ſuperſtitionum, vel cœno voluptatis involvuntur, qui ſecurè peccant inquit Remigius: qui fidem non habent, aut ſi habent, opera Dei non faciunt, inquit Haymo, qui in fine vitæ moriuntur, abſque pœnitentia, inquit Bruno, Ludolphus, Valentia juxta tritam illam Auguſtini ſententiam, hac animadverſione percuti peccatorem, *ut moriens obliviſcatur ſui, qui dum viveret, oblitus eſt Dei*. Sic Moſes exprobrans populo *l*, *Deum*, inquit, *qui te genuit, dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui*.

Obliviſci Deum qui dicantur.

Moriens obliviſcitur ſui, qui dum vixit, oblitus eſt Dei.

l Deut. 32. 18.

Gentiles. Heſychius atque Euthymius, & alii, nec non *infideles* interpretantur. Hieronymus illos peculiariter, qui dicunt oblivíſci Deum, nec habere curam de rebus ſuis: contra quos mox hic ſubdatur, quod non erit oblivio pauperis. Clemens Alexandrinus *m* explicans de Gentilibus, argumentatur oblitos Dei dici, cujus prius meminiſſent, & quem cognoviſſent, priuſquam obliviſcerentur, eum jubendo valere, & amando; ac proinde colligit quamdam obſcuram Dei cognitionem fuiſſe etiam apud illos. Similem argumentationem Ambroſius *n* attingit. Verum, ut dixi, Obliviſci non ponit neceſſariò præcedentem notitiam, juxta phraſin Scripturæ, ſed quæ potuerit eſſe, vel etiam importat negligentiam, aut contemptum, præſertim in hominibus potentioribus, ac ſuperbis, qui nullum ſupra ſe Numen recipere videntur, aut etiam agnoſcere. Talibus, inter quos, velut inter Deos, quamvis ipſi non advertant, ſedet, ac eos dijudicat Deus *o*, dicitur: *Intelligite hæc qui obliviſcimini Deum p*. Tales impudici ſenes, iniquique judices, qui everterunt ſenſum ſuum, & declinaverunt oculos ſuos, ne viderent cœlum, nec recordarentur judiciorum juſtorum *q*. Talis, dives, cui, quum

m 6. Strom. cap. 3. n Ser. 13. in Pſ. 118.

Obliviſci non ponit neceſſariò præcedentem notitiam, juxta phraſin Scripturæ.

o Pſ. 81. 1. p Pſ. 19. 5. q Dan. 9. 13.

A jam lethæas & oblivionis, non tam fabuloſè illic quam hic nimis verè potaviſſet aquas, dixit Abraham *r*, *Recordare*.

r Luc. 16. 25.

In finem.] Bis eodem verſu ſunt hæ editiones Latinæ, & Græcæ εἰς τέλος. Sed priore loco Hebraicæ quæ in ſeptimo verſu לנצח *lenetſach*, poſteriore לעד *labhad*, *aduſque*, vox עד *bhad*, *uſque*, nullum per ſe & abſolutè poſita terminum præfinit, idcirco ad æternitatem ſignificandam uſurpatur, vel ad longiorem, licèt finitam durationem, nam pauperis oblivio non eſt in finem, id eſt, nimis diu etiam ſæpenumero in hac vita; eodemque modo non perit patientia pauperum. Saltem penitus, omnino, & in æternum neutrum erit. Quod ſecundo hoc loco eſt, reddit, Hieronymus, *in perpetuum*, quomodo & Auguſtinus legit: quod primo, *in æternum*, quibus Pſalterium Ambroſianum dictionibus ſecundo utitur. Porro, *in finem*, in oratione affirmativa valet, *ſemper*, in negativa, *numquam*.

In finem, pro ſemper, & pro numquam.

Non oblivio erit.] Pſalterium Ambroſianum, *Non obliviſcetur*; Tertullianus *ſ*, *Non oblivioni habebitur*. B Apud Chryſoſtomum, Οὐ γὰρ εἰς τέλει ἡ προσδοκία πραέων ἐπιλησθήσεται. *Non enim in finem expectatio mitium oblivioni tradetur*.

ſ 4. co. Mar. cap. 12.

Patientia pauperum non peribit in finem] In textu Hebræo deeſt, *non*, ſed ſupplendum eſt ex priore membro, ut alias in ſimilibus locis. Pauperes jam dixi eſſe oppreſſos, & humiliatos, qui ſi ſimul humiles ſint, & modeſti, tanto minus peribit eorum patientia. Certè illud, *in finem*, ſumptum pro, *in æternum*, indicat de talibus ſermonem eſſe. Tertullianus bis citans locum iſtum ſemel, *pauperum*, legit *t*; ſemel, *juſtorum u*: nomen item *patientia*, pro quo idem tolerantiam dicit, non ſimplicem expectationem, ſed ſtudioſam & laudabilem ſignificare, de qua quoque paſſim omnes interpretantur, idemque Tertullianus. Auguſtinus præterea diſputans de Patientia *x*, ubi explicat, *non perire*, non quia in æterna vita erit, ubi, quod toleretur, non erit, vel non quia & illic patienter ferre jubebimur, ſed quia infructuoſa non erit, & pro iis quæ hic patienter pertulimus, æterna beatitudine perfruemur. Confirmat vulgari eo C ſermone, quo quis laborem ſe perdidiſſe queritur, quum laboravit inaniter, & ſpes eum fefellit, propter quam laborabat: gratulatur ſe non perdidiſſe, quando ad ſui laboris promiſſa pervenit. Rurſus *y* confirmat exemplo timoris Domini, qui dicitur *permanere in ſeculum ſeculi z*, quia ſicut permanebit, quo timor ipſe perducit: ita æternum erit, quo per patientiam pervenitur. Prope idem docet Gregorius *a*: nempe tunc præmium noſtri laboris incipere, quando omnis jam labor funditus ceſſat: videri periiſſe patientiam, cum nihil pro illa in hac vita humilibus recompenſatur: ſed non periturum in finem, quia tunc ejus gloriam percipiendam, quum ſimul omnia laborioſa terminabuntur.

t Supra. u ib. c. 39. x lib. de Pat. c. ult. y 14. de Civ. cap. 9. z Pſ. 18. 10. a Hom. 35. in Evang.

Verſ. 20.] Exurge Domine, non confortetur homo, judicentur Gentes in conſpectu tuo.

Verſ. 21.] Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos, ut ſciant gentes, quoniam homines ſunt.

D NON tua ſe Deus contineat in oppreſſis levandis providentia: comprimendi, deprimendi, contundendi arrogantes, & iniqui perſecutores, ut ad ſuimet cognitionem, & modeſtiæ ſtudium revocentur, opus illis moderatore, qui terreat eos poteſtate, atque cohibeat, ne inſolentius efferantur, ſe homines eſſe, hoc eſt, infirmos, & mortales.

Exurge.] Hoc verbo denotatur cura, efficacia, auctoritas, ut contra, *jacere*, ac *dormire*, negligentiam, ignaviam, infirmitatem ſignificat. Unde illud *b*. *Exurge, quare obdormis Domine*: & *c*, *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus*. Quem locum & quæ ad hanc formulam pertinent, copioſiùs in edito ad ultimum Pſalmũ Commentario tractavimus. De incarnatione hæc accipiendo cum Didymo, & maxima Enarratorum parte, & hominem, qui confortari, ac prævalere geſtit, de Diabolo, cum Græcis, & Ruperto *d*, & Hieronymo in Iſaiam, Matthæum *e*, & in Pſalmum 81, quem & per *inimicum hominem* in Parabola *f* intelligunt vel per *fortem armatum g*, vel per *principem hujus mundi h*, qui quo

Jacere & dormire, negligentiam & ignaviã ſignificant.

b Pſ. 43. 23. c Pſ. 67. 2. d 4. de Off. cap. 12. e l. 6. c. 14. Mat. 13. 39. f ibidem. g Luc. 12. 21. h Jo. 12. 31. c. 14. 30. c. 16. 11.

a Pſ. 81. 7. b Job. 41. 15.

quodam Pſalmo *a*, ut exponit Hieronymus, cecidiſſe ſcribitur: vel per *regem ſuper filios ſuperbiæ* b, poſſumus quoque aptè ſententiam aliam ad idem accommodare: *Propter c miſeriam inopum, & gemitum pauperum* (ſub tali tyranno, & exactore *d*,) *nunc exurgam, dicit Dominus*: Idem Hieronymus in Matthæum docet appellatum nomine *hominis* Diabolum, quia deſiit eſſe Deus, &c. Hoc ultimum prior dixit hoc loco Didymus: Ita præterea illud ex alio Pſalmo, de quo meminimus, accipiens, principem eſſe qui cecidit.

Sententiæ accommodatio.

c Pſ. 11. 6. d Iſa. 14. 4.

Diabolus nomine hominis appellatus.

Non confortetur homo.] Pſalterium Romanum, Hieronymus in Commentario, Auguſtinus, Caſſiodorus, Ambroſius *e*, Rupertus *f*, aliquando. *Non prævaleat homo*. Hunc hominem litteraliter accipimus quemlibet iniquum perſecutorem, ut ſit pro plurali ſingularis: myſticè Diabolum, ut notatum eſt. Antichriſtum interpretantur Chryſoſtomus, (ſed ſimul intelligens omnes fictos Chriſtianos, ut Hæreticos, Paganos etiam, &c.) Hieronymus, Auguſtinus, Caſſiodorus, Ruffinus, iterum Rupertus *g*, (qui citat nomen, quo Paulus *h*, eum appellat *hominem peccati*,) Haymo, qui notat, data B opera ita nominari, quia ſe Deum nominabit, Thomas, Bruno, Gloſſæ, Ludolphus, Dionyſius, Valentia, Euſebius. Ricardus autem Pampolitanus & Remigius, exteriorem, ac veterem hominem, ne novum, & interiorem ſuperet. Ambroſius *i*, cogitationes terrenas, & motus ferventes hujus corporis. Auguſtinus *k*, hominem, ut mendax eſt, ac improbus, quem oſtendit prævaluiſſe ante Diluvium, & poſt illud per iniquitates ſuas, atque tunc, quando hominem Deum crucifixit; & prævaluiſſet, ſi Chriſtus in ſepulchro remanſiſſet. Unde illud, *exurge*, quod etiam Euthymius ait, innuit reſurrectionem illius. Alia lectio apud Chryſoſtomum habet: Μὴ θρασυνέσθω, *Non confidat audacter, ac temere*. In textu Hebræo יעז אנוש *jahhoz enoſch* ob compugnantiam continent emphaſin, quaſi conetur humana veſania Enos conjugere, hominem ærumnoſum cum robore. Lege Pſalmum octavum *l*.

e in Pſ. 118. ſerm. f 4 de Offic. cap. 12. g 7. de Oper. Spiritus S. cap. 12. h 2. Theſſ. 2. 3.

Haymonis obſervatio.

i Supra. k Serm. 31. de verb. Dom. l verſ. 5.

Judicentur gentes in conſpectu tuo.] Hieronymus. *Ante faciem tuam*. Apud Chryſoſtomum, *In facie tua*, quæ nempè gentes oblitæ erant, Deum averſa facie ab illo, nec propoſuerant illum ante conſpectum ſuum *m*. Horribilis hic vultus, & conſpectus Dei ad incurrendum timorem, & ad inſaniæ, pervicaciæque morbum curandum utilis. Veriti mortem ex ejuſmodi aſpectu Hebræi ſermonem Dei devitabant. Docuit Moſes terrorem illum eo ſpectare ut non peccarent *n*. Et cum placuiſſe Deo detractatio illa colloquii cum ipſo *Audivi*, inquit, *vocem o verborum populi hujus, quæ locuti ſunt: bene omnia ſunt locuti. Quis det talem eos habere mentem, ut timeant me, & cuſtodiant univerſa mandata mea in omni tempore, ut bene ſit eis, & filiis eorum in ſempiternum?*

m Pſ. 53. 5.

Hebræi cur ſermonem Dei devitarent.

n Ex. 20. 5.

Eorum detrectatio, grata Deo.

o Deut. 5. 28. 29.

Ergo, *judicari in conſpectu Dei*, eſt, non per ſe loquendo, etſi hoc quoque verum, in occulto, ut Auguſtinus, Remigius, Haymo, ſive intus in anima, ubi ſolus videt Deus: protectione, & cuſtodia divina dignum fieri, ut Euthymius: divina potentia, ut Caſſiodorus: divina ira, quam facies interdum valet, ut Eugubinus cum Rabbi Salomone, ſed à Deo ipſo, qui falli non poteſt, ut explicat Thomas: Deo inſpectore, ac negotium totum tractante. Non placet autem Brunonis expoſitio, peti, ut judicentur gentes in conſpectu Dei, hoc eſt, excæcentur ab Antichriſto, vel intus in anima, & quamvis ipſe hoc non advertant, Deum probe intelligere cæcitatem iſtam.

Judicari in conſpectu Dei quid ſit.

Brunonis expoſitio.

Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos.) Hieronymus: *Pone Domine terrorem eis*. Vatablus & Pagninus, *timorem* Cajetanus, *dominum*. Felix, *jugum*, vel *dominium*, vel *rectorem*, vel *timorem*. Campenſis: *Ingere, & incute pavorem, ac timorem*: quomodo habet etiam Chaldæa paraphraſis, שוי יוי רחלתא להון *ſchauui* יוי *dechaltra lehon*. Aquil. Θοῦ Κύριε φόβητα αὐτοῖς. Theodotio: Κατάστησον Κύριε φόβον αὐτοῖς. Symmachus: (τάξον Κύριε νόμον αὐτοῖς) Scholiaſtes ex alio (ἐπίλαμψε) *illuceſce*. Symmachus *legem* pro legiſlatore, alii *timorem* poſuerunt Hebræum nomen מורה *morah* tum *timorem* ſignificat, tum *legiſlatorem*, ac *doctorem*. Utrumque in Sina Deus præſtitit, ut modo dixi, legem ferens cum terrore *p*. Timor propriè diceretur מורא *mora* per א, à ירא *jare*. Sed Rabbini putant, quod fit non raro inter litteras

p Exod. 19. & 20.

A permutabiles, hoc loco eſſe ה pro א. *Legiſlator*, *doctor* ve dici ſolet מורה *moreh* à ירה *jarah*, quamvis propter accentum verti ſoleat, punctum ſegol breve in longum cametz. Ab alia radice verbi מרה *marah*, quo eſt *rebellare apoſtatare*, poſſet מורה *morah* videri *rebellis apoſtata*, & conveniret Antichriſto. Sed in hac acceptione מרי *meri* dicitur: מורה *morah* vero eſt *novacula*; quaſi petat Propheta excindi, & reſecari homines. Meminit & alterius verſionis Thomas, *Mitte eis amaritudinem*, quaſi eſſet מורה *morah* à מרר *marar*, quod eſt amarum eſſe. De Antichriſto Latini patres antea citati exponunt, quem idem David imprecetur conſtitui ſuper homines, maxime Judæos, qui verum, ac legitimum legiſlatorem Chriſtum recipere noluerunt. *Ego veni, in nomine Patris mei q, & non accipitis me*. Si alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis, ut vos dirè vexet, ac duris legibus opprimat. Rupertus *r*, ait eſſe Diabolum.

Thomæ altera verſio.

De Antichriſto Latinorum PP. expoſitio.

q Joa. 5. 43.

Græci, quos libentius, ſi myſticè loquendum eſt, ſequor, volunt novæ legis conditorem Chriſtum ſignificari. Eumdem tradit præterea ſenſum Cyrillus *ſ* Alexandrinus, citans verba Pſalmi ſecundi *t*: *Ego autem conſtitutus ſum rex ſuper Sion montem ſanctum ejus, prædicans præceptum ejus*: & Moſis *u*, *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus, ipſum audies*. Cui ſimilis ejuſdem precatio *x*, *Mitte quem miſſurus es*. Docet idem Nyſſenus *y*, citans alia loca. Ita rurſus exponit Euthymius in Panoplia *a*. Ex Latinis eadem expoſitio placet Ambroſio *b*, Hieronymo *c*, qui huc aptat Pſalmi verba: *Legem pone mihi Domine in via tua d*: Thomæ, qui citat Iſaiam *e*, à quo vocatur Chriſtus *legifer noſter*: Lyrano, Titelmano, qui pariter profert nomen *doctoris f*, & cum addito, *doctoris juſtitiæ g*: tributum Chriſto præterea *legiſlatoris* ſimul ac *judicis h*.

r in Apol. cap. 12.

Græcorum interpretatio.

Cyrilli Alexandrini & aliorum.

ſ lib. 3. de Trin. t verſ. 6. u Deut. 18. 15. x Exod. 5. 13. y in Fragm. cont. Hebr. Tom. 3. Bibl. Patrum. a 1. p. tit. 8. b in Pſ. 118. ſerm. 13. c l. 5. in c. 16 Ezech. d Pſ. 118. 33. e cap. 33. 22. f Iſa. 30. 20. g Joel. 2. 23. h Jac. 4. 12.

Senſus litteralis principio allatus non recentiorum ſolum, ſed Chryſoſtomi etiam eſt, Euthymii, ac Thomæ. Anguſtior, ſed vera Treveti expoſitio, de terrore, quem Deus immiſit in populos conſtitutos in via ad terram promiſſionis, ne impedirent Hebræorum tranſitum *i*. Bellarminus in Pſalmorum Paraphraſi, quam C benignè mihi communicavit, putat petere Davidem, ut Princeps conſtituatur, qui ſubigat perſecutores Eccleſiæ, qualis Conſtantinus fuit, Jovinianus, Valentinianus, Theodoſius, Carolus Magnus, &c. ſub quibus illi intellexerunt ſe homines eſſe, infirmos videlicet, atque contra Chriſtum prævalere non poſſe.

Treveti expoſitio.

Bellarmini ſententia.

i Ex. 15. 15. 16. Deut. 11. 25. Joſ. 2. 9. 24. c. 5. 1.

Ut ſciant gentes, quoniam homines ſunt.) Hebraicè אנוש *enoſch* numero ſingulari *multos* collectivè ſignificante: Lex timorem incutiens efficit, ut quis humanæ ſuæ conditionis vilitatem, & infirmitatem cognoſcat, nec in æquales adeo ſævus ſit, vel Deo ipſi reluctari nitatur. Pro, *ut*, alii (de quibus Chryſoſtomus) & LXX. & editio Hebræa, atque Chaldæa neutram particulam habent. Videtur Euſebius innuere cognitionem de dignitate factæ naturæ, eo quod factum hominem Deum cognoſcant homines, & ſe legiſlatorem habere, natura quidem eadem præditum, ſed cui divinam conjunxerit. Citat Iſaiam *k*: *In nomen ipſius Gentes ſperabunt*, quod legimus: *legem ejus inſulæ expectabunt*. Hebraica vox, inquit, & ceteri omnes interpretes communi con D ſenſu, pro, *in nomen ejus Gentes ſperabunt*; dixerunt. *Et in legem ejus ſperabunt*. Theodorus explicat, ut, hac legiſlatione Chriſti, homines feram vitam relinquentes, (quum enim in honore eſſent, feris facti ſunt ſimiles *l*) ad propriæ naturalis dignitatis conſiderationem animum reflectant. Ambroſius *m* jungit utrumque, ut & ſciant homines, luti ſe, ex quo formati ſunt, corruptione ſolubiles, communeque quoddam, & carnale conſortium beſtiarum habere, & divinam quamdam in anima imaginem, in carne verò dignitatem, ob carnis Dominicæ Sacramentum.

k cap. 42. 4. l Pſ. 48. 13.

Ambroſ. interpretatio.

m In Pſ. 118. & 13.

Ad litteram, uti dixi, expoſuerunt Chryſoſtomus, Euthymius, Thomas: quia *vexatio dat intellectum n*; ſicut & Alexander ex vulnere judicium fecit ſe non Jovis immortalem filium *o*, ſed hominis mortalis mortalem filium eſſe. Deſinant inane mortales ἀθανάτων, quod apud Perſas faciebant milites, equites decies mille *p*, nomen uſurpare: non ſe jactent Gigantes, & Aloidæ Diis ſuperiores. Sciat Ægyptus quod homo eſt, & non Deus.

n Iſa. 28. 19. o Sen. ep. 59. vel 60. Dion Chryſ. Or. 65. p Heſych. & Suidas ver b. Ἀθάνατοι Curtius l. 3. Procop. 1. de Bello Herod. lib. 7. Pauſa-

I 4

---

nias in Perſicis Diodor. Sic l. 12. & alii apud Briſſon l. 1. de Regn. Perſ.

* Iſa. 11. 5. † Ter Heaut. act. 1. ſce. 1. * Sophocl. in Trachiniis. a Cic. l. 5. Ep. in 16. & 17. Quomodo ſumus & dicimur, filii Dei. b Arrianus in Ep. l. 43. c 23. Tert. in Apol. c. 33 Zonar. in Annal. Centurionis modeſtia quàm laudata. c 1. Joan. 3. d Epiſt. 42. Bernardi exhortatio. e Matth. 8. 9. Viri Sancti eximia oratio. f Serm. de obed. pat. & ſapien. g Exo. 7. 5. h Deut. 4. 35 i c. 19. ult. k Pſ. 99. 3.

Deus *. *Humani homo ſe nihil † alienum putet*; & Θνητὸν oportet τὰ θνητὰ φρονεῖν *, *mortalem ſapere mortalia*, & hominem meminiſſe ſe hominem a: quod triumphanti ſuggerebat præco Imperatori b.

Affectarunt falſa religione imbuti falſum Deitatis nomen, & aſſentando alii aliis id communicabant. Sumus nos quidem verè & dicimur *filii Dei*, ſed per charitatem quam dedit nobis Pater c, non naturæ munere. Cuſtos illius in nobis dignitatis ſupernaturalis, conſideratio jugis erit naturalis imbecillitatis. Laudat ſanè meritò Bernardus d, Centurionis modeſtiam, fide, quam tantopere laudavit Chriſtus e, non minorem, qui dicturus habere ſe ſub ſe milites præfatus eſt: *Nam & ego homo ſum ſub poteſtate*, prius ſe agnoſcens hominem, quam potentem: & homo Gentilis in ſe impleri oſtendit, quod hoc loco canit David: *Sciant Gentes quoniam homines ſunt*, Idem f, hac nos eadem hortatur enixè ſententia, ut huic conſiderationi, quod ſimus homines, tota noſtra vacatio tribuatur, ſicut Sanctus orabat: DEUS NOVERIM ME, NOVERIM TE. Tritus ſermo, ſed minax: *Non me cognoſcit iſte, faciam ut me cognoſcat*. Hæc vis videtur orationis Dei, *ſcitote Ægyptii g, quia ego ſum Dominus qui extenderim manum meam ſuper Ægyptum*. Præterea Moſes h: *Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo, quod Dominus ipſe eſt Deus in cælo ſurſum & in terra deorſum*. Et Job i: *Ultor iniquitatum, gladius eſt, & ſcitote eſſe judicium*; & in Pſal. k. *ſcitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus; ipſe fecit nos, & non ipſi nos*.

In fine verſus vigeſimi primi Hebraicè eſt סלה *ſelah*, quod Hieronymus vertit, *ſemper*, & quidam, teſte Chryſoſtomo, Græcè ἀεὶ, & Chaldæus Paraphraſtes לעלמין *lebhalemin*, *in ſæcula*.

PSALMUS DECIMUS.

Secundùm Hebræos.

In Pſalmorum numero conveniunt Hebræi, non in eorum diſtributione,

QUUM IN PSALMOR. CL. numero, conveniant Hebræi, ut in Præfatione docuimus; non ita in eorumdem diſtributione, præſertim à trecentis retro annis, quando vivebat Rabbi David Kimhi. Ille, ut etiam Pſalmo ſecundo vidimus, teſtis eſt, à nonnullis ipſorum, ex eo ac ex primo unicum Pſalmum conflatum eſſe. Præterea prodit bifariam ſectum Pſalmum quem numeramus CXIII. *in exitu Iſrael*, &c. Ut novus inde inchoet: *Non nobis Domine non nobis*, &c. Lyranus ait apud eoſdem effici unicum ex XLI. & XLII. hoc eſt, ex illo, cujus initium: *Quemadmodum deſiderat cervus*, &c. & ex alio: *Judica me Deus, & diſcerne cauſam meam*, &c. Hoc non adeo commune, ſed ex noſtris CXIV. & CXV. *Dilexi quoniam exaudiet*, &c. & *Credidi propter quod locutus ſum*, &c. unicum componunt, ſicut ex CXLVI. & ex CXLVII. *Laudate Dominum* D *quoniam bonus eſt Pſalmus*: &c. & *Lauda Jeruſalem Dominum*, &c.

Ex primo & ſecundo unicus Pſalmus conflatus. Bifariam ſectus Pſ. 113. Unicus Pſ. ex 41. & 42. ut ex 114. & 115. & ex 146. & 147.

Variationis hujus Pſalmorum antiquitas.

Genebrardus variationem iſtam in partiendis Pſalmis non magis antiquam facere videtur ætate Rab. David, negans, Maſoretas, & Rabbinos vetuſtiores uſpiam adverſari, nec Hieronymum credendum à nobis variaſſe in ſua etiam verſione ex Hebræo. Attamen in editione Chaldæa eadem diſtinctio eſt, necnon in Exaplis Origenis: & Sholion Græcum in Catena Græca, ut monuit ante me Agellius, eamdem diſtinctionem his verbis notat: Ἐντεῦθεν ἡ ἔκδοσις ἀρχὴν τοῦ ι ψαλμοῦ περιέχει, *hinc editio initium decimi Pſalmi habet*. Theodoretus principio commentarii in Pſalmum CXV. docet, Hebræum textum, & ceteros interpretes, atque etiam Syrum, Pſalmum illum connectere cum præcedente CXIV. bifariam quoque dividere novum: atque ita duorum illorum conjunctione æqualem Pſalmorum numerum conſervare. De aliis ejuſdem in duos ſectis, vel in unum conflatis non meminit.

Diſtinctio hujus Pſalmi ex Agellio. Pſalmi 115. & hujus, ex Theodoreto & aliis.

Aliud Scholion Græcum inſertum notationibus Bi- A bliorum Sixtianorum editionis LXX. ad Pſalmum 113. obſervat l, inde, *Simulacra gentium*, &c. incipere novum Pſalmum. Ἀρχὴ τοῦ β΄ μέρους τοῦ ψαλμοῦ. Παρ' Ἑβραίοις γὰρ εἰς δύο διῄρηται ὁ ψαλμός. Οὕτως ἔν τισιν ἀντιγράφοις εὑρέθη, ὥς Εὐσέβιός φησιν. *Principium ſecundæ partis Pſalmi. Nam apud Hebræos in duos diviſus eſt hic Pſalmus. Ita in quibuſdam exemplaribus inventum eſt, ut inquit Euſebius*. Ibi notationum compoſitor bene annotat hoc Scholium fortaſſe pertinere ad illa verba: *Non nobis Domine*, &c. inde namque dicitur novi Pſalmi exordium in textu Hebræo.

Pſalm. 113. Notationũ compoſitorum obſervatio.

Quæcumque cauſa fuerit variè Pſalmos diſponendi, nos eam, quæ in noſtra editione eſt, ſequi oportet. Non idoneam dat Eugubinus, Titelmanus, & alii, cur ex duobus unum componamus, cum LXX. quia deſit novus titulus: nam hac ratione redigerentur Pſalmi in minorem numerum, fieretque ex primo & ſecundo unicus; quod pridem confutatum eſt. Apud Trevetum diverſa quædam alia extat diſtinctio ſecundum Hebræos.

Eugubini & aliorum minus idoneæ rationes. Alia Treveti diſtinctio.

Chryſoſtomus longum hunc vocat Pſalmum, docet- B que ex Sapientiæ Spiritu proficiſci, ut aliqui ſint tales ad excitandam longitudine ſocordiam, quidam breves ad levandum laborem.

Longus Pſ. hic cur vocatur à Chryſoſt.

Verſ. 22. vel 1.] Ut quid Domine receſſiſti longè, deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione?

Verſ. 23. vel 2.] Dum ſuperbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in conſiliis quibus cogitant.

NIHIL opus novi tractatione argumenti. Pſalmus hic idem, qui adhuc expoſitus eſt, non diffidet argumento. Nexus cum prioribus iſte ſententiis. Qui popoſcerat coercitionem ſuperborum, & iniquorum, per Principem, lege metuque illos frænantem, repetit conqueſtionem priorem, quòd ſe Deus aliquando ita exhibeat ſuis, vexari eos ſinens, ut receſſiſſe videatur & contemnere, nec exaudire velle, quum maximè opportunum foret, ipſeque tribulationis articulus efflagitat. C Inde fieri, ut quum permittitur impius licentiùs, ac longiùs ferocire, quaſi nullum vereatur, gravi uratur damno, doloreque, deſtitutus auxilio pauper. Sed bonum recipiens animum, ac ſemetipſum ſolans, futurum pronuntiat, quod & antea dixerat, ut ille impius irretiatur, ac pereat per eadem conſilia, quæ excogitaverat.

Idem nexus argumenti & ſententiarum in hoc Pſal.

Paullo aliter ſenſus eſt, dum impius ſuperbit, ac effertur ob proſperitatem, tunc incenditur pauper, & ſcandalizatur, & veluti æſtu uritur cogitationum: comprehenduntur autem ambo in conſiliis, quibus cogitant, ſeu de quibus, vel quæ cogitant, eaque quodammodo illaqueantur, dum impius exiſtimat eam proſperitatem ſibi deberi. Juſtus cogitat quid hoc ſibi velit, & magis ac magis ſe involvit, ſicut contigit Jobo l, Davidi m, Jeremiæ n, Habacuc o, ſuper dicta impiorum proſperitate non mediocriter perturbatis. De Antichriſto pergũt multi exponere, cœpto jam talis expoſitionis curſu.

l cap. 21. 7. m Pſ. 72. 2. 3. n cap. 12. 1. o cap. 1. 3.

Ut quid Domine receſſiſti longe.] Hieronymus: *Quare ſtas à longè*. Dicere potuit, *ſtabis*, תעמוד *thabhamod*. Nullo non loco Deus p, ſeque ipſe Deum non è vicino tan- D tùm *prope* nominat, ſed etiam *de longè q*: non ambigit Propheta de præſentia, ſed de præſenti negato auxilio miratur, & ſubqueritur, dilationis ignorans cauſas; neceſſitatis vim ſentiens: dolens vigere iniquitatem, non tam ſua ipſius cauſſa, quàm & propter calamitoſos alios, & ob culpam, qua læditur Deus: *quia quum non profertur citò contra malos ſententia, abſque timore filii hominum perpetrant mala r*. Talis & illa querela Pſalmi ſ alterius verbis, etiam à Chriſto uſurpata t. *Quare me dereliquiſti longè à ſalute mea*. Putat Chryſoſtomus hæc Davidem loqui ex perſona minùs perfectorum, qui præ dolore prorumpunt in ſimiles voces, non ex animi propoſito loquuntur: ſicut acerbitas morbi extorquet gemitus interdum, verbaque præterea in medicum contumeliola. Quaſi & ipſe perturbatus terrenæ fragilitatis contemplatione, inquit Ambroſius u, bene timet: ſed quia plus timet nobis, qui ſumus ex Gentibus peccatores, precatur ne longè fiat à ſuis Gentibus, ut qui longè eramus, incipiamus eſſe priores x, &c.

p Pſ. 138. 7. & ſeq. q Jer. 23. 23. r Eccl. 8. 11. ſ Pſal. 21. 2. t Mat. 27. 46. Chryſoſtomi interpretatio. Ambroſii. u in Pſ. 118. Serm. 15. x Epheſ. 2.

Deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione.] Hieronymus: *Deſpicis in temporibus anguſtia*. Similis verſu decimo

cimo phraſis, dempto primo verbo, pro quo hic eſt תעלים *thabhilim*, *abſcondere facies teipſum, occultaveris*. Chaldaicè, *abſconderis in habitaculo ſanctorum in temporibus anguſtia*. Auguſtinus, *in tribulationibus*. Aquila, Εἰς καιρόν. *In tempus* vel *opportunitatem*. Symmachus, Ἐν καιροῖς θλίψεως. *In temporibus tribulationis*. Habent quoque LXX. numero plurali, Ἐν εὐκαιρίαις ἐν θλίψει Vim, τοῦ ὑπερορᾷν Euthymius bene declarat, ut ſit, non videre, quaſi deorſum aſpicere, & non ad rem illam, quæ ante oculos poſita eſt. Sic inclinatus ſcribebat Jeſus in terra a. Hebræum autem verbum indicat Pſalmi titulum לעמות *hhalamoth* pro occultis: res enim hæc valdè occulta, & obſcura. Videtur Auguſtino his verbis contineri reſponſum ad præcedentem quæſtionem, ſcilicet Deum opportunè recedere, diſcedere, deſpicere, facere tribulationes, ut quod maximè poſt ſequitur, fiat ut inflammentur animi deſiderio adventus ipſius. Conſentiunt Ruffinus, Remigius, Alcuinus, Hugo, Thomas, Ludolphus, & alii. Valentia: *Opportunitates, in quibus Deus deſpicit*, vult eſſe, quas dat Antichriſto, & ſceleratis, ut pios vexent. Aliorum verior ſenſus. *Deſ-* B *picere in opportunitatibus*, eſſe quando tempus opportunum eſſet juvandi & opitulandi, quod tempus eſt tempus tribulationis, prout expoſitum eſt quoque verſu illo decimo. Sic ex citatis explicat etiam Thomas: ex aliis Caſſiodorus. Haymo, Dionyſius, Turrecremata, Græci poſtremò ceteri.

a Joan. 8. 6. 8. Auguſtini interpretatio. Valentiæ, & aliorum.

Atqui ab Omnipotente, quamvis abſcondere ſe videatur, deſpicere, non videre, non ſunt abſcondita tempora (hoc eſt) opportunitates, occaſiones, articuli temporum: qui autem noverunt eum (etiam juſti, & alioquin familiares Deo) ignorant dies illius b, (præfinitos ad vindicanda ſcelera, ad liberandum de tribulationibus, denique ipſum extremi diem judicii.) Præſtat reputare animo, ac dicere Deo: *Deus meus es tu c: In manibus tuis ſortes mea*, & juxta editionem aliorum præter LXX. ut notat Theodoretus, ac ſecundùm verſionem Hieronymi, & Pſalterium Romanum, Tempora mea, quàm, veluti decernendo: eidem Deo ſuggerere: *Tempus d faciendi Domine* (ſumendi ſupplicii & vindictæ) *diſſipaverunt legem tuam*. Sequendum Plu- C tarchi e, aptum ad hanc rem ex medico exemplum, quum perdifficile ſit, ait ille, plebejo conſilium medici deprehendere, quòd non antè, ſed poſt ſectionem adhibuit, neque heri lavit ægrotum, ſed hodie. Certè de Deo non facilè aliud quippiam firmum homo pronũtiabit, quàm eum, ut qui optimè opportunum medendi flagitiis tempus habeat cognitum, medicamenti inſtar, pœnam ſceleri cuivis imponere, &c. Hac inter alias de cauſſa jure meritiſſimo appellatum ſubdit à Pindaro, Deum ἀριστοτέχνην, *artificem præſtantiſſimum*.

b Job. 42. 1. c Pſ. 30. 18. d Pſ. 118. 126 Plutarchi aptum ex medico exemplum. e Opus. de Sera Numinis vindicta. Deus ἀριστοτέχνης pindaro cur dictus.

Dum ſuperbit impius, incenditur pauper.] Hieronymus: *In ſuperbia impii ardet pauper*: Quod LXX. dicunt ἐμπυρίζεται, ſynonymo verbo effert Aquila ἐκκαίεται. Symmachus φλέγεται, Felix, *Perſecutionem patietur*. Vatablus, *Præ ſuperbia impius perſequitur pauperem*. Pagninus: *In ſuperbia impius inſequetur afflictum*. Cajetanus, *In ſuperbia impii perſequentur pauperem*. Alius apud Clarium: *Propter concupiſcentiam ſuam, ſive avaritiam impius perſequitur pauperem*. Qui Latinam fecit editio- D nem Chaldæam, verbum ידלק *iidlak*, quod eſt planè idem cum Hebræo, interpretatus eſt, *Perſecutionem patietur*. Utramque ſignificationem habet דלק *dalak*, incendere, & perſequi. In Pſalmo ſeptimo legimus f: *Sagittas ſuas ardentibus effecit*, &c. לדולקים *ledolekim*. Per *perſequendi* verbum aliàs g, redditur: interdum per *exardendi h*, & *ardendi i*. Et appellatur febris דלקת *dalekethk*, quaſi *exarſio*, ut & febris quaſi à ferveo, fervor, Græcè, πυρετὸς, ab igni, & quoniam ignis ob acrimoniam doloris quam operatur, omnem tribulationem deſignat: idcirco & uri eſt vehementer cruciari. Docuimus id, exponentes Petrum l. *Nolite peregrinari in fervore*, ἐν πυρώσει, *inuſtione & ardore, qui ad tentationem vobis fit*. Et inter ſimilia teſtimonia ſacra, & profana Virgilium m, attulimus imitantem Theocritum n, & quod hic dicit ὑπνάσειν, *urendi* exprimentem verbo.

f verſ. 14. g Thren 4. 19 1. Reg. 17. 53 Febris quaſi à ferveo. h Gen. 31. 36 i Prov. 26. 23 k Deut. 28. 22 Uri pro vehementer cruciari. l 1. Ep. 4. 12. m Ecloga 8. n Eidyll. 2.

Itaque ſenſus eſt, quando prævalet homo, pollet potentia, inſoleſcit honoribus, faſtu turget, tunc uri, incendi, ardere, hoc eſt, admotis veluti flammis acrem perſecutionem tolerare inferioris ſortis homines. Id verum eſt, ſive iidem probi, ſive ſint improbi, nam עני A *hhani* afflictum ſignificat. Uſtio illa eadem, incenſio, exarſio, inflammatio in improbi animo, eſt indignationis contra perſecutores Deumque injuſtæ: in probi autem, pii cujuſdam zeli exæſtuantis ac velut fumos ſuſpiriorum emittentis, nec ſatis adhuc omnino moderatæ patientis: vel ardentis deſiderii, atque voluntatis Deum magis magiſque diligendi, & colendi, à quo probe ſcit cum ſingulari charitate erga ſe, improbi adverſus ſe divexationem permitti.

Didymus, & Thomas *zelum pium* interpretantur: Theodoretus, accenſa ſuſpiria ejus, qui premitur anguſtia: Euthymius inſuper cum Chryſoſtomo, quòd non ferat proſperitatem improbi, & ſe obſcurum ac ignotum: Hieronymus, Auguſtinus, Caſſiodorus, Ruffinus, Remigius, Haymo, Lombardus, Alcuinus, Hugo, Ludolphus, Valentia, Ricardus Pampolitanus, & alii explicant de incenſo amore, quem concipiant quaſi per antiperiſtaſin, fideles vexati ab impiis, maximè ab Antichriſto. Lyra, Dionyſius, Valentia volunt indicari cruciatio, & quidem etiam ignis, quam compel- B let experiri fideles Antichriſtus. *Incenſionem* præterea tropologicè ſumere licet pro purgatione, quam tribulatio operatur, ut ſumpſit Haymo, & Bruno. Non negant iſti omnes litteralem illum ſenſum, quem dedimus, & non à recentioribus modò traditur. (Folengius tamen, & Lipomanus de *charitatis flamma* accipiunt.) Sed à Thoma etiam de qualibet, atque à quolibet illata tribulatione, non à Pharaone dumtaxat Ægyptiiſque, ut placuit Treveto, aut Philiſthæis ut Agellio. Non diſplicet, ut poſt Ariam, obſervemus hic tranſlationem à venatoribus, qui equis inſidentes, beſtias innocuas perſequuntur, lepores, damas, cervos, ita ut præ fugæ feſtinatione, ac laboris vehementia exæſtuent, atque veluti febris ardore incendantur.

Didymi & aliorum interpretatio. Tropologica interpretatio. Folengii & aliorum. Ariæ obſervatio.

Comprehenduntur in conſiliis, quibus cogitant.] Hieronymus, & Felix: *Capiantur in ſceleribus, quæ cogitaverunt*.] Auguſtinus. *In cogitationibus ſuis, quibus cogitant*. Pſalterium Romanum, & Ambroſianum. *In cogitationibus quas cogitant*. Eſt autem Græciſmus, in conſiliis vel cogitationibus quibus cogitant, pro, quas, ponendo relativum in caſu antecedentis. Chaldaicè, *Capiantur in verſutia, quam moliti ſunt patrare*, בנכילתא *binchiletha*. Hebræa vox מזמות *mezimmoth*, *cogitationes* ſignificat à זמם *zamam*, quod ferè culpæ, aut pœnæ cogitationem denotat, de rebus malis, quæ & ſcelera dicuntur, nempe præmeditata, & quidem atrociora, vel turpiora, quæque ſolent appellari *abominationes*. Eadem vis τῶν διαβουλιῶν apud LXX. Suida teſte, qui citans hunc locum, ait eſſe τὰ ἐκ λογισμῶν ἀτόπων πταίσματα.

Græciſmus.

Indicativus porrò modus indicat, vel comprehendi ſive capi pauperes, qui ſub unius numero antea comprehenſi ſunt, in conſiliis iniquis, quæ impii, ac iniqui contra illos meditati fuerant; Vel eoſdem pauperes, quod Theodoretus, & Euthymius docent, ac fideles, labi in eas cogitationes, quas habuerant de improborum proſperitate, ita ut non valeant percipere, & conſiderare judicia Dei. Vel eſt prædictio certa, ideoque tempore præſenti expreſſa, illos ipſos impios comprehen- D dendos in conſiliis, ac inſidiis quas alii ſtruxerant.

Imperativus per modum imprecationis, quo Hieronymus utitur, & quidem Græci συλληφθήτωσαν, quos Chryſoſtomus videtur ſequi, & Euſebius, debet intelligi ad eum modum quo prius expoſuimus imprecationes Scripturarum in genere. Euthymii adhuc alia expoſitio eſt ſumentis συλλαμβάνεσθαι pro eo quod eſt *coadjuvari*, coadjuvari, inquam, impios in his, quæ conſulunt, hoc eſt, proſperè agere, aut juvari à ſuis ſimilibus. Eodem pertinet quod affert Folengius, prædici tales re ipſa cogitationes ſuas impleturos, nec ad pœnitentiam redituros. Sed ſecundùm aliam verſionem, *apprehendant beneplacita, quæ excogitaverunt*. Hebræi, quos non rejicit Eugubinus, volunt pronuntiando futurum יתפשו *iithaphſeu*, per Indicativum, vel Imperativum, referri ad pauperes, ut quos impii perſequuntur, hi ipſi impii illos capiant, iis conſiliis, quæ cogitaverant contra eos.

Euthymii expoſitio. Folengii. Eugubini.

Prima explicatio plurium eſt, ſuaque facilitate, & ſimplicitate prævalet. Præterea verò, quæ dicta ſunt Pſalmo ſeptimo o, quomodo malum recidat in conſultoris caput conſilium, poſſumus id ſententia illa

o verſ. 16. 17

Dei-